desideriis meis imago blanditur, quod et a vobis dominis meis
ut crebro faciatis exposco, cogitantes absentiam vestram
hac sola posse assiduitate sustineri, habent felicissimi votivam
praesentiam mihi dilectae tuae cogitanti epistularis cura suf
ficiet. Domine mihi salutem uberrimam dicens precor, ut
et per sanctos dei pro me preces fundere minime desistatis, et
domino gratias referre cuius circa me beneficia et iam [etiam]
inspirata tribuuntur.

DICTIO IN DEDICATIONE, MISSA MAXIMO EPISCOPO

Numquam pauper venatio aestimatur ingenii, ubi dives
est causa dicendi. Transit hominem quotiens caelestibus
militat mens nostra culturis, nec in angustum redigetur
[narrationis] narrationis exilitas, si opifici suo obsequium referat narra
turus. Potest enim linguam facundiae dotibus ornare
qui contulit, et dare verbis genium quem fatemur dedisse
sermonem. Nam prophetici dudum aciem iubet eloquii,
dum ad perfectum magistri eloquentiam et fortissimi
monitoris tubam inbecilla morsi erigeretur infantia.
Qui pullis gradibus dum peritiam meditatur effloruit,
nec per aetates [etatis] alicuius scientiae ad messem perfectionis ascendit.
Qui diu militem infabricato portavit ingenio, officium
ducis iussus arripere, quia vere cunde rennuit, constanter
implebit. Sic nos dedicationis festa caelebrantes, inter
spiritalis laetitiae bona praestulamur [praesolemur] gratiam dum pa
remus. Absit formido debilis, removeatur fiducia in
anter concepta per studium. Nos de humanae perfecti
onis scemate, nec praesumimus aliquid, nec timemus.
Deinde quis in beati Iohannis prophetae et apostoli quis
templum hoc sanctificavit ingressus vel muta dubitet ora
laxari? Cuius senior gratia quam natura, dum ante
lucis ingressum privatis impleret officium. Limen uteri
huius virtute signavit. Nam uno eodemque tempore
et matrem fecunditate nobilem fecit, et in officio progenito

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0294